

DISCEPTATIONVM
FORENSIVM

C V M

DECISIONIBVS SVPREMORVM
REGNI NEAPOLIS TRIBVNALIVM.

A V T H O R E

FRANCISCO MARIA PRATO
PATRITIO LICIENSE, ADVOCATO NEAP.

S E M I C E N T V R I A .

In qua Controversiæ omnes excitatæ, accuratè discutiuntur, & nedum res iudicatæ singulis ferè Disceptationibus adnotantur, verùm etiam Magistratus ipsi, qui in determinationibus interfuerunt, recensentur.

OPVS OMNIBVS IURIS STUDIOVIS UTILISSIMVM,
Pragmaticis verò necessarium.

CVM DVPLICI INDICE LOCUPLETE,
Vno scilicet Argumentorum omnium, & Articulorum, in singulis Capitibus contentorum; Altero verò Rerum, & Verborum.



NEAPOLI, Ex Typographia Secundini Roncalioli. M. DC. XLV. 165

SUPERIORVM LICENTIA.



Perillustri, ac Amplissimo Viro Domino

FRANCISCO ANTONIO

M V S C E T T V L A

P A T R I T I O N E A P. no

In Supremis Tribunalibus Aduocato olim insigni; deindè M. C. V. tum
in Ciuilibus, cum in Criminalibus Iudici assumpto; & in Comitijs
Regni Generalibus tempore Præsidentis Illustriss. Ducis Albæ
per Plateâ Montanæ, vnanimi consensu in Syndicum electo;
Sac. Conf. Neap. ex antiquioribus Regio Consiliario in-
tegerimo; causarum primarum Tribunalis Reue-
rendæ Fabricæ Sanctorum Petri, & Pauli de
Urbe, Consultore nomine Regio; Vtili
Domino Cafalis Miletii.

FRANCISCVS MARIA PRATVS S. & F. P.



Veteribus è sæculis, repetita memoria,
tulit consuetudo, vt ij qui aliquod
eorum ingenij monumentum pu-
blicè exhibere, satagant, illud ma-
ximè optent, vt prius selectos Patronos, & Mæ-
cenates adeant, quorum tutelari nomine confi-
si, ad veluti Aiæ clipeo tecti, zoilorum agmi-
na floccipendant; haud ignari, virtutis theatrum
ingressis, nunquam suos deesse Antagonistas.
Et hæc quidem ipsis fidentia benè celsit: nam
inuidientium morsibus, Aristarcorumque latria-
tibus fortiter toleratis firmiores euaserunt, illique
(Deo, ac veritate vindice), suis met ictibus, dis-
iecti, atque confracti, miserrimè aliorum macre-
scunt rebus opimis; Alij verò beneficiorum ob-

2. stricti





DISCEPTATIONES FORENSES

CUM

DECISIONIBVS SUPREMORVM

Regni Neapolis Tribunalium.

AUTHORE

FRANCISCO MARIA PRATO

Patritio Liciense, Aduocato Neapolitano.

SUMMARIVM.

- M**ora nascitur ex culpa.
Interesse nascitur ex mo-
re.
- Sententia lata in causa
principalis non potest
reuocari, seu reformari in causa li-
quidationis, & de ratione.
- Verba condemnationis, vel absolutionis
quare non apponantur in decretis li-
quidationum.
- Sententia proprie consistit in absoluendo,
vel condemnando.
- MuscateLL. à Regnicolis non allegatur,
ab exteris autem passim.
- Causa liquidationis est accessoria ad
causam principalem.
- Principale regulat accessorium, non e
contra.
- Causa liquidationis iudicatur eadem
cum causa principali.
- Beneficia non concedantur in causa
liquidationis, si fuerint concessa in
causa principali.
- Appellatio duos operatur effectus ex-
tinctiuum, scilicet sententia inspecto
presenti flatu, & suspensiuum inspe-
cto futuro.
- Appellans debet esse status integri pen-
dente appellatione.
- Appellatio facit sententiam haberi pro
non data.
- D. Io. Bapt. Valenzuela Reg. Epi-
scopus Salmaticensis laudatur.
- Appellatio producit prouisionis resisti-
tionem, & causa deuolutionem.
- Appellatio suspendit pronuntiationem,
& omnia precedentia.
- Titulus quo quis se tuetur, si reuo-
catur.